defuncto reputabatur, Nig. *de except. cap.* 12, §. 27, *numero* 11, Cyriac. *controverſ.* 246. *numero* 9. ad rem dixi *allegat.* 59. *numero* 5, *libr.* 2, ubi quod in dubio pronunciandum veniat exceptionem rei judicatæ non obſtare, Altograd. *conſilio* 2, *numero* 44, *libro* 2, Caren. *reſolut.* 24, *numero* 5. Mart. Ventur. *conſilio* 9, *n.* 40, *& conſil.* 37, *numero* 54, *&* 55. Ubi quod rei judicatæ exceptio de neceſſitate debeat concludere, quod fuerit judicatum ſuper eo, quod nunc venit in controverſiam, Capyc. Galeott. *controverſ.* 61, *numero* 14, *&* 15, *libro* 1, *& controverſ.* 34, *num.* 10, *&* 11, *libro ſecundo.* Giurb. *deciſione* 20, *numero* 1, Andr. Cenſal. *deciſione Lucen.* 6, *numero* 1, *& per totam, & deciſione* 22, *numero* 35, *& deciſione* 35, *numero* 23, *&* 24, Staiban. jun. *reſolut.* 35, *numero* 26, *&* 27, latè Fontanell. *deciſ.* 126, *numero* 5, *& per totam, & dec.* 398, *nu.* 7, Monet. *de commutat. ultim. voluntat. cap.* 9, *nu.* 604, *& ſeq.*

Ultrà prædictas diverſitates concurrit etiam quod majores ſucceſſivè poſteri; quinimò, & ipſemet actor in præcedenti judicio contra D. Comitiſſam Ponzonam dimiſſa penitùs eorum naturali agnatione de Meliis alienam cui inſignibus modò Soraneæ, modò Luporum aſſumpſerunt uſque adeò ſicuti penes ipſos bona non dicerentur 2 conſervari in agnatione Melia, * quemadmodùm fideicommittens enixè præceperat, ita ad ſuccedendum in hoc fideicommiſſo agnationem Meliam peculiariter contemplante incapaces omninò cenſentur dixi *allegatione* 1, *in fine, libro tertio,* alios cumulavi in cauſa nunc vertente contra eundem D. Comitem Antonium Mariam ex Marchionibus Soraneæ ſeu Luporum in ſcriptura legali pariter in fine, & nunc addo Altograd. *conſilio centeſimo-primo, numero decimo-quarto, & ſequentibus, libro ſecundo*, qui articulum hunc optimè exornat. Ulteriùs quia in eodem judicio D. Comes prædictus non potuit non ſuccumbere, & pati omnimodam excluſionem, dum ultra portionem patrimonii fideicommittentis per ſeipſum, & fratres de Meliis occupatam, detentam quoque per D. Comitiſſam avocare inutilibus contendebat & tamen 3 cùm verſemur in fideicommiſſo * ab aſcendente originaliter provenienti dimidiæ totius aſſis detractionem de jure admitteret, Andr. Cenſal. *deſione Lucen.* 28, *nu.* 15, & 23, alios congeſſi *allegatione prima, num.* 13, *& allegatione* 35, *numero* 1, *& allegatione* 98, *numero* 3, *& allegatione* 125, *n.* 27. *libro* 3. In quam detractionem cùm primo alienata imputentur ad latè tradita per Andr. Cenſal. *dicta deciſione* 28, *à numero* 15, *ad finem deciſionis.* Mart. Ventur. *conſilio decimo-ſexto, numero* 12, *& ſequentibus*, dixi *allegatione octava, numero* 25, *& allegatione* 75. *numero* 14. *& allegatione* 102, *n.* 4, *& allegatione* 127, *numero* 17, *libro* 3, nec ex actis de præcedenti alia alienatione liqueret. Hinc jure optimo D. Comitiſſa abſoluta fuit ex quo etiam 4 tertii poſſeſſores * detractionum vigore ſuam poſſeſſionem adversùs fideicommiſſarios agentes tueri poſſunt, Surd. *conſil.* 576, *n.* 40, *&* 41, Peregrin. *de fideicommiſſ. articulo* 39, *ſub n.* 4, *verſic. Nam tertius poſſeſſor.* Andr. Cenſal. *dicta deciſione vigeſima-octava, n.* 16, Mart. Ventur. *dicto conſil.* 16, *ſub n.* 13, *verſ. & demum.*

Nec quicquam facit, quod in effectu in portione bonorum occupata per D. Comitiſſam commixta exiſtat portio fideicommiſſi ex diviſione inter fratres Comiti Ranutio obventa, tum quia iſtam actionem non tentavit D. Comes Antonius Maria, dum ad totam portionem uti ſubjectam fideicommiſſo * egerit, habens autem 5 ratam ſi ad totum agit, omninò repellitur, Peregrin. *de fideicommiſſ. articulo nono, numero* 12. Theſaur. *deciſione quarta, numero octavo.* Fuſar. *conſilio* 49, *numero* 28, *& de ſubſtitut. quæſtione* 109, *per totam*, dixi *allegatione* 75, *ſub numero* 5, *verſ. imò quatenus, & ſequent. libro tertio*, cùm præcipuè præter jus meum quoad portionem fideicommiſſariam D. Comitis de Ponzonis habet jus retentionis pro portione libera, & ſic non applicantur quæ dixi poſt alios *allegatione* 124, *numero* 11, *&* 12, *lib.* 3.

Duæ inſuper exceptiones D. Comiti Antonio Mariæ reſiſtebant, ex quo ejus majores contraveniendo menti Teſtatoris ab omni jure ceciderunt, quod conſolidatum extitit in perſonam meam uti proximiorem de agnatione Melia non contravenientium, * Ruin. *conſilio* 6 135. *numero tertio, & per totum, libro ſecundo.* Roland. *conſilio* 84, *numero* 14, *& ſequentibus, libro primo.* Fuſar. *de ſubſtitut. quæſtione* 707, *numero* 22. Agens verò ſine actione in judicio non auditur, ex cumulatis per nos *allegatione* 35, *numero* 13, *& allegat.* 73. *numero* 18. *libro tertio.* Leoncill. *deciſione Ferrar.* 30. *numero* 10, Mart. Ventur. *conſ.* 9, *numero* 19, maximè cùm judicibus liqueret ex actis de exiſtentia fideicommiſſi in caſum contraventionis, de contraventione ex ſeparata bonorum poſſeſſione, tranſitu eorumdem in extraneos ac mea proximitate.

Ex qua conſolidatione fideicommiſſi in meam perſonam ob memoratam diviſionem, ac ſucceſſivam donationem altera exceptio * nimirùm 7 habes priorem in gradu, & potiorem in jure, excluſiva penitus D. Comitis Antonii Mariæ reſultabat, Antonin. de Amat. *reſultatione* 13, *numero* 41, Giurb. *de ſucceſſ. feudal.* §. 2. *gloſſa nona, numero* 89, 96, *& ſequentibus*, dixi *dicta allegatione* 75, *numero* 5, *& ſequent. libro* 3, Fontanell. *deciſione* 48, *à numero* 17, *ad* 27, Salgad. *in Labyrinth. credit. part.* 2. *capite* 22, *numero* 63, alios recenſet Bottillier. *de ſucceſſ. ab inteſtat. capite* 2, *Theoremat.* 50, *numero* 30.

Verùm prædictis omnibus etiam circumſcriptis, & non eundo per mendicata, ut ajunt, ſuffragia, quod res quomodolibet judicata contra unum * ex vocatis ad fideicommiſſum alte- 8 ri vocato non officiat, in proximis terminis animadvertunt cumulati per nos *allegatione* 90, *numero* 17, *libro ſecundo, & allegatione* 102, *numero* 29, *libro tertio.* Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 53, *numero* 40, *in fine*, Menoch. *conſil.* 934, *numero* 40, *& ſequentibus*, Fuſar. *de ſubſtitut. quæſtione* 622, *numero* 35, Giurb. *deciſione* 1, *numero* 15, *& ſequentibus*, ubi optimè diſtinguit concludendo quod ſententia adversùs unum lata præjudicet venientibus ex titulo hæreditario, ſecus verò ſi ex propria vocatione, Sanfelic. *dec.* 90, *n.* 4, Palm. *conſil.* 38. *n.* 42.

Nulla enim ſubeſt ratio cur in agnatis coæquale jus habentibus ſuccumbentia unius alteri præjudicium irroget; quicquid eſſet in cauſis ſtatus, * vel ſimilibus, aut ubi principaliter uni defenſio, 9 cæteris verò dependenter, acceſſoriè, & conſequentiam competeret, Franc. *deciſione* 523. *nu.* 18, cum adductis per Cenſal. *dicta deciſione* 6. *nu.* 51. Rota *in Romana fideicomm.* 21. *Junii* 1652. *nu.* 12. *Veroſpio.*

Intentio

Intentio igitur mea circa id, quod mihi non officiat res judicata ad excluſionem fideicommiſſi in odium D. Com. Antonii Mariæ ex ſuperius dictis inconcuſſa redditur, quatenus ve- 10 rò ſubeſſet ſcrupulus, ſeu ambiguitas † utique in dubio rem contra unum judicatam alteri non obſiſtere pronunciandum veniret, Burſat. *conſ.* 305, *n.* 6, Surd. *conſ.* 312, *n.* 7, Menoch. *conſil.* 501, *n.* 14, *& conſil.* 904, *n.* 72, Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 622, *n.* 37, Giurb. *dec.* 20, *n.* 16, Cenſal. *dicta deciſ. Lucen.* 6, *n.* 53.

Eòque magis ſuperiùs dicta in præſentiarum ſibi locum vindicant, ex quo inter me, & D. Comitem Antonium Mariam non ſolum diverſitas perſonarum, ſed etiam agnationis intercedit, quippè quoniam dimiſſa per eum agnatione naturali de Meliis per me ſemper retenta, ac per fideicommittentem enixè contemplata aſſumptæ per ejus majores Luporum, ſeu Soraneæ abſque ulla prorſus cauſa adhæſit, circa modum quoque agendi differentia intercedit, dum ipſe propter obitum D. Comitis Ranutii ſine filiis; Ego autem ob contraventionem fideicommiſſi caſum longe antea eveniſſe prætendo, egit ipſe perperam ad totum per Comitiſſam de Ponzonis occupatum, ego autem pro portione fideicommiſſo vinculata duntaxat judicium proſequor, cujus reſpectu injuſtitiam rei judicatæ evidentem in progreſſu cauſæ patefaciam, quo ſanè caſu rem contra unum ex fideicommiſ- 11 ſariis injuſtè judicatam, cæteris ad fideicommiſſum vocatis non obeſſe pronunciandum venit, Menoch. *dicto conſil.* 501, *n.* 7, *& conſil.* 904, *n.* 68, Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 622. *n.* 30, Cenſal. ad Peregrin. *de fideicommiſſ. articulo quinquageſimo tertio, verſic. Quinto declaratur, fol.* 362, Mart. Medic. *dec.* 64, *n.* 14, Andreol. *controv.* 157, *n.* 7.

Huic non abſimilem idem D. Comes Antonius Maria ex Marchionibus Soraneæ contra me ipſum actionem intentavit pro alia portione ejuſdem fideicommiſſi centum ferè ab hinc annis in meo ſtipite conſolidata, cujus purificationis cùm caſus evenerit ob mortem Franciſci Patruelis mei in ætate pupillari, dubio procul 12 dicta portio mihi tanquam, proximiori, † ac in linea communi cum ipſo exiſtenti omninò debetur, ut dixi *dicta allegatione* 1, *nu.* 42, *& ſequentibus, lib.* 3, pluribus exornavi in ſcriptura contra ipſum D. Comitem mox edita, *§. prædicta tamen*, & nunc addo Decian. *conſilio* 21, *numero* 7, *&* 8, *conſ.* 98, *numero* 13, *&* 14, *& conſ.* 127, *numero* 14, *libro* 3. Mart. Ventur. *conſilio* 48, *numero* 42, Andr. Cenſal. *deciſ. Lucen.* 90, *num.* 31, *&* 32, ubi quod primò vocentur exiſtentes in linea communi cum mortuo, & prius *dec.* 5, *n.* 71.

CAPUT LXX. §. 8.

SUMMARIUM.

1 *Tertius comparens proſequitur in ſtatu, in quo reperitur; Non poteſt impedire executionem ſententiæ n.* 2. *Appellans facit ſententiam ſuam nu.* 3. *Veniens ad cauſam non poteſt prætendere fructus ante admiſſionem n.* 4.

5 *Remotior tam reſpectu fideicommittentis, quàm gravati ad fideicommiſſum non admittitur votis proximioribus.*

6 *Fructus in fideicommiſſo debentur à die compromiſſi.*

7 *Aſſociatio in poſſeſſionem datur habenti à Teſtatore facultatem capiendi poſſeſſionem propria auctoritate.*

Lite jam ad expeditionem inter Iſabellam de Meliis, & Pro-Præſidem Joan. Paulum pariter de Meliis, Comes Antonius Maria de Lupis in limine promulgandi ſententiam favore ejuſdem Joannis Pauli, prout ſucceſſit, tanquam tertius, comparuit ad excluſionem Iſabellæ uti fœminæ, atque etiam Joannis Pauli ſub inani prætextu proximitatis, ſeu quod portio controverſa fideicommiſſi accreſcere deberet aliis portionibus in ejus linea, ut aſſerebat, conſolidatis. Qui tamen ſicuti promulgationem impedire non potuit: ita neque in gradu appellationis audiri meretur, * quantùm ad 1 hoc ne prævia confirmatione prioris ſententiæ ad illius executionem omninò progrediatur, Rim. jun. *conſilio* 692, *numero* 11, *&* 12, Cravet. *conſilio* 14, *numero* 3, *in fine*, Honded. *conſilio* 25, *numero* 22, *lib.* 1, Franc. *dec.* 261. *numero* 9, Rota *deciſione* 357, *numero* 6, *& ſequentibus, part.* 6, *recent.* Joſephus Ludovic. *deciſ. Peruſin.* 26, *numero* 26, *&* 27, Surd. *dec.* 60, *numero* 6, *& deciſ.* 147, *numero* 6, Capyc. Galeott. *controv.* 43, *numero* 13, *libro* 1. Joan. Anton. ab Eccleſ. *obſerv.* 204, *nu.* 18, *lib.* 1, Giurb. *deciſione* 1, *numero* 33, ubi reprobatis contrarium profitentibus hanc tuetur, Fontanell. *deciſione* 557, *numero* 2, Fachin. *controverſ. jur.* 5, *verſ. Illud duntaxat, & per totam, libro* 1, Buratt. *deciſione* 833, *numero* 4, *& in annotat. ſub n.* 10, Mart. Medic. *deciſione Senen.* 13. *numero* 25, Pignat. *ad ſtatut. Ferrar. rubric.* 72, *numero* 87. Galup. *in prax. part.* 1. *cap.* 7, *num.* 11, ubi limitat in fiſco comparente Coccin. *dec.* 237, *numero* 3, *& deciſione* 254, *numero ſecundo.* Palm. *conſilio* 99, *numero* 1, *&* 4, ubi damnat, & rejiciendam animadvertit comparitionem tertii in calculo ferendæ ſententiæ emanatam latè Joan. Baptiſta Antonell. *conſil.* 5, *n.* 7, & per totum Cammarat. *reſponſ.* 7, *numero* 1, *&* 2, ubi limitat quando tertius per acta publica incontinenti doceret de jure ſuo, Sanfelic. *deciſione* 90, *numero* 28, Cancer. *variar. reſolut. cap.* 16, *nu.* 10, *& ſequent. part.* 2.

Cùm igitur ex præmiſſis Comes Antonius Maria ad judicium acceſſerit, ut utrumque ex litigatoribus excluderet, conſequens ideò fit, ut geſta in judicio eidem præjudicaverint, * ex 2 quo judicium novum inſtituere non curaverit, quemadmodum tali in caſu obſtringebatur ex traditis per Gail. *practicar. obſervat.* 69, *numero* 21, *& obſervat.* 70, *numero* 24, *lib.* 1. Seraph. *deciſione* 906, *ſub numero* 1, *verſic. Quod tamen non eſt.* Millin. *deciſ.* 325, *numero* 5, Joann. Bapt. Antonell. *dicto conſ.* 5, *n.* 8, Palm. *dicto conſilio* 99, *numero* 2, Giurb. *deciſione* 1, *numero* 32, Rota *deciſione* 303, *numero* 5, *part.* 7, *& deciſione* 161, *numero* 7, *part.* 8, *recent.* Hodiern. ad Surd. *deciſione* 256, *numero* 7, *& ſeq.*

Super quo immorari ulteriùs non expedit, dum Comes Antonius Maria, ut dicebamus, in judicio comparuerit, non tam in prima inſtantia,

ſtantia, quàm in gradu appellationis illam proſe-
quendo, ac conſequenter ſententiam ſuam facien-
3 do, * ita ut ubi ſuccubuerit ulterius audiri ex for-
ma ſtatuti nequeat, Millin. *deciſione* 325. *numero*
ſecundo, Peregrin. *de fideicommiſſ. articulo* 53. *ſub*
num. 55. *verſic. & ubi per ſtatuta.* Rota *deciſ.* 98.
ſub num. 5. *verſ. fuit reſponſum part.* 1. *recent.* Bel-
tramus ad Ludoviſ. *dicta deciſione* 259. *numero*
octavo. Pignat. ad ſtatut. Ferrar. *rubric.* 72. *nu-*
mero 86.

Illud tamen notandum occurrit, quod ſi tertius
4 obtineret fructus * non niſi à die admiſſionis con-
ſequeretur, Cavaler. *deciſ.* 305. *nu.* 4. Verùm cùm
implicet Comitem Antonium Mariam deſertorem
5 agnationis Meliæ, & remotiorem * obtinere, ex
quo proximiores duntaxat ad iſtud fideicommiſ-
ſum vocantur, Menoch. *conſil.* 1123. *n.* 4. *& ſe-*
quent. Ideò erga nos ejus mater juxta præceden-
tem ſententiam damnanda erit ad dimittendum fi-
6 deicommiſſum cum fructibus * ab obitu ejus fra-
tris gravati, & ultimo defuncti, cùm illicò ad
compromiſſum appareat deventum ex traditis per
nos, *allegat.* 104. *n.* 29. *lib.* 3. Rota *deciſ.* 402. *nu.*
36. *part.* 9. *tomo* 2. *recent.*

Ecce igitur, quod litium tergiverſationes in
fideicommiſſo litterali ſuſtinere cogimur, tametſi
teſtator tam in caſu obitus, quàm contraventio-
nis facultatem capiendi poſſeſſionem propria au-
ctoritate conceſſerit, quæ operatur, ut contra
7 quoſcunque etiam tertios * ad ſimplicem petitio-
nem aſſociatio in poſſeſſionem concedi omninò
debuiſſet, Rota *deciſione* 338. *n.* 1. *p.* 1. *recent.* &
coram Duran. *deciſ.* 49. *num.* 7. *& deciſione* 105.
numero 2. & poſt Cenc. *de cenſibus deciſione*
149. *numero* 3. *& deciſione* 105. *numero* 3. *&*
4. ubi quod procedat etiam in ceſſionario ha-
bentis facultatem capiendi poſſeſſionem propria
auctoritate, & poſt Salgad. *in Labyrint. credit.*
deciſione 16. *numero* 3. *&* 4. *deciſione* 43. *nu.* 10.
& deciſione 146. *ſub numero* 9. *verſ. ex his enim*,
part. 9. *tomo primo*, *& deciſione* 373. *numero vi-*
geſimo-ſexto, *part.* 9. *tomo ſecundo*, *recent.* & coram
Merlin. *dec.* 104. *num.* 6. & in præciſis terminis *in*
Bononien. fideicommiſſi de Amorinis 30. *Maii* 1659.
numero 17. *Meltio*, Olea *de ceſſ. jur. tit.* 6. *quæſt.*
5. *n.* 18.

CAPUT LXX. §. 9.

SUMMARIUM.

1 *Hæredum appellatione in fideicommiſſis veniunt hæredes ſanguinis.*
2 *Hæreditaria qualitas non requiritur ad ſuccedendum in fideicommiſſo. Qualitas in potentia ſufficit. n.* 3.
4 *Res judicata contra unum in fideicommiſſis alteri non præjudicat. Declara ut n.* 5.

PLurimum ad excluſionem D. Comitis An-
tonii Mariæ ex Marchionibus Soraneæ ur-
get diſpoſitio teſtamentaria Hieronymi de Me-
liis in ea parte, ubi plures vocat hæredes, &
ſucceſſores ultra vocationem proximiorum, ac
eorumdem deſcendentium: quippe quoniam
1 de hæredibus * duntaxat, & ſucceſſoribus ſan-
guinis intelligitur, quemadmodum dicebam *al-*
leg. 1. *numero* 76. *lib.* 3, & animadvertunt Pe-
regrin. *de fideicommiſſ. art.* 32. *n.* 31, Merlin. *dec.*
145. *ſub num.* 2. *verſic. à pari.* Rota *deciſ.* 145.
ſub numero 2. *verſic. à pari.* Rota *deciſione* 216.
n. 1. *part.* 5. *& deciſ.* 179. *numero* 1. *part.* 6. *recent.*
Mart. Ventur. *conſil.* 43. *numero* 110. ubi quod
appellatione hæredum veniant ſolummodo hære-
des ſanguinis, quando habita fuit ratio agnatio-
nis, Staiban. jun. *reſolut.* 58. *numero* 59. *&* 62.
Capyc. Galeott. *controverſ.* 57. *numero* 23. *libro* 1.
Hodiern. ad Surd. *deciſione* 85. *ſub num.* 17. Rota
in Interamnen. bonorum 15. *Maii* 1656. *§. reſpectu*
enim, *coram Reverendiſſimo Cerro*; *& in Firmana*
fideicommiſſi 22. *Martii* 1658. *§. Porro cum*, *&* 9.
Maii 1659. *§. Etenim Petrus Simon coram Rever.*
P. D. Taia.

Nec quicquam facit, quod qualitas hæreditaria
* quoad ultimo defunctum in me non reperiatur, 2
vel quia non requiritur, Franch. *deciſione* 153.
ex num. 12. Fuſar. *de ſubſtitut. conſil.* 78. *numero*
9. *& conſil.* 79. *numero* 3. *& quæſt.* 340. *numero* 1.
& ſequent. & ſub num. 11. *verſ. mihi magis proba-*
tur. Hodiern. ad Surd. *deciſ.* 85. *num.* 18. *& ſeqq.*
Vel quia per me non ſteterit, quin ab inteſtato uti
proximior fuiſſem ſucceſſurus, * niſi ex teſtamen- 3
to excluſus remanſiſſem, quæ ſuccedendi poten-
tia ad effectum prædictum ſufficere comprobant
adducti per Rotam *in dict. Interamnen. bonorum*
15. *Maii* 1656. *§. reſpectu enim in fine*, *coram Re-*
verendiſſimo Cerro. Super tamen hoc ultimo vim
non facio, tum quia qualitas hæreditaria non re-
quiritur, tum quia Doctores per Rotam allega-
ti non firmant id, quod in ipſa deciſione ſuppo-
nitur.

Rem judicatam contra unum ex vocatis ad fi-
deicommiſſum alteri vocato * non obeſſe ani- 4
madvertebam ad iſtud *cap. §.* 7. *numero* 8. &
nunc addo exornantes prædictam concluſionem,
Merlin. *deciſ.* 836. *num.* 6. *& ſequent.* Mart. Me-
dic. *ad deciſ. Senen. examinat.* 39. *numero* 7. Gra-
tian. *diſcept.* 456. *numero* 92. Monet. *de commut.*
ultim. voluntat. cap. 9. *numero* 605. Oſaſc. *deciſione*
157. *ſub num.* 16. *verſ. quia agnati*, *& num.* 17.
Scac. *de ſent. & re judic. gloſſ.* 14. *quæſt.* 12. *numero*
30. *&* 44. Larr. *dec.* 77. *in fine.* Georg. Mund *conſ.*
4. *à n.* 58. *uſque ad* 68. *lib.* 2. Royas *deciſ.* 34. *n.*
16. *& ſeq. repetita deciſ.* 19. *part.* 8. *recent.* Tunc
verò res judicata contra unum in cauſa ſtatus, aut
principaliter lata aliis præjudicat, * uti jus de- 5
pendenter, ac conſecutivè à condemnato haben-
tibus, veluti ſi ſententia contra inſtitutum, aut
aliquem ſubſtitutum promulgetur, ut ſubjunge-
bam ſuprà *hoc cap. §.* 7. *numer.* 9. latè Merlin. *de*
pignor. & hypothec. lib. 5. *quæſt.* 39. *numer.* 5. *&*
quæſt. 40. *in princip. num.* 1. *& ſeq. & poſt tract.*
Rota *deciſione* 76. *num.* 6. *&* 7. Monet. *de com-*
mutat. ultim. voluntat. cap. 9. *numero* 58. & fa-
ciunt tradita per Hodiern. ad Surd. *deciſione* 256.
numero 3. *& ſeq.* Rota *deciſione* 112. *numero*
4. *& deciſione* 178. *numero* 20. *& deciſione* 197.
numero 18. *part.* 8. *& deciſ.* 190. *numer.* 7. *&*
deciſ. 245. *nu.* 23. *part.* 9. *tom.* 1. *& deciſ.* 454.
numer. 23. *part.* 9. *tom.* 2. *recent.* Royas *deciſ.*
34. *numero* 8. 15. *& ſeq. & dec.* 106. *numero*
11. *& deciſ.* 253. *ſub numero* 3. *verſ. Quæ tan-*
quam.

CAPUT

CAPUT LXX. §. 10.

SUMMARIUM.

1 *Alienata in effectu, non autem hypothecata in detractiones imputantur.*
2 *Cenſus impoſitio pro alienatione habetur, & n.* 3.
4 *Mobilia quæ uſu non conſumuntur imputantur in detractiones.*
5 *Præſtationes annuæ imputantur in detractiones; Amplia n.* 6.
7 *Poſſeſſio vitioſa non efficit legitimum contradictorem.*
8 *Contradictor legitimus non efficitur citatus, ut audiatur, non autem ut immiſſionem impediat.*
9 *Peregr. de fideicommiſſ. art.* 39, *nu.* 8, *&* 9, *& Mangil. de imput. quæſt.* 136, *nu.* 56, *declarantur.*
10 *Identitas bonorum probatur ex aſſertione fideicommittentis in teſtamento.*

NOn me præterit in detractiones hæredibus
gravatis debitas imputari duntaxat aliena-
1 tiones dominii abdicativas, * non autem ſimpli-
ces hypothecas, & obligationes, ſiquidem hanc
concluſionem pluribus exornavi, *alleg.* 102, *n.* 4,
lib. 3, & ibi Rota *in fine ejuſdem allegationis*, *&*
alleg. 125, *n.* 18, *eodem lib.* 3.

Sicuti reminiſcor inter meras obligationes cen-
ſum non commemorari, ſed abſolutam alienatio-
2 nem importare ad effectum, * ut hæredi gravato
in detractiones conſtitutio cenſus imputetur,
quemadmodum poſt alios ſubjungebam, *d. alleg.*
125, *num.* 19, *lib.* 3, ubi adduxi deciſionem coram
Royas nunc inter ejus impreſſas, *dec.* 330, *n.* 9,
& nunc addo Rot. apud Zacch. *de oblig. camer.*
dec. 213, *n.* 1, repetita apud Merlin. *de pignor. &*
hypothec. dec. 69, *& in Ravennaten. Salviani* 17,
Decemb. 1646, *n.* 4, *Meltio*, impreſſa apud Merlin.
de pignorib. dec. 141.

Objectum autem quod deſumi poterat ex Rot.
dec. 60, *n.* 13, *& ſeq. apud Merlin. de pignor. &*
hypoth. repetita dec. 484, *part.* 9, *tom.* 2, *recent.*
quod nimirùm impoſitio cenſus non dicatur alie-
natio ad effectum imputationis in detractiones,
quia non transferat dominium, non relevat, quo-
niam dicta reſolutio uti capta una tantùm parte
informante vix præjudicium aliquod gignere po-
3 tuit, maximè cùm ab eadem * utraque ex partibus
audita receſſerit, Rota *dicta deciſione* 89, *per to-*
tam, *apud eundem Merlin. de pignorib. & hypo-*
thec. repetita deciſione 299, *particula nona*,
tomo primo, *recent.* quam reſolutionem uti juridi-
cam à Sacro Tribunali pluries anteà amplexam in
contingentia caſuum firmiter retinuit, ut non
obſcurè colligitur ex cumulatis per nos *dicta al-*
legat. 102, *n.* 4, *lib.* 3.

Hinc ergo cùm Alexander de Lupis Marchio
Soraneæ, anni ſunt ferè centum, annuam præſta-
tionem aureorum centum viginti quinque ſuper
bonis Rubecchi in hæreditate fideicommittentis
dimiſſis realiter conſtituerit, nec ipſe, ejus filii,
atque ab eis cauſam habentes per quinquaginta
annos quicquam ſolverint, utique ſub prætextu
detractionum ex prædictis, totque alienationi-
bus in exceſſu conſumptarum Dom. Comitiſſa
de Ponzonis retentioni inſiſtere nequit, ſtante
potiſſimum, quod D. Co. Antonius Maria ex
Marchionibus Soraneæ in vim tranſactionis ini-
tæ cum fratribus de Meliis dictæ præſtationis an-
nuæ creditoribus pro duabus ex tribus partibus
ultra ducatonos quatuor mille aſcendentibus quie-
tationem reportaverit. Uſque adeò ut dicti fra-
tres de Meliis pro alia tertia parte hactenùs de-
curſarum contra alia bona præſtationi annuæ ob-
noxia greſſus dirigere cogantur; Siquidem mo-
bilia, * uti dicebamus in aliis, jura, actiones, 4
& nomina debitorum uti per filium fideicom-
mittentis præſumptione conſumpta deficiunt, de-
tractiones diminuentia ex Rot. *in Auximana fidei-*
commiſſi 31. *Januarii* 1642. *§. nec obſtat*, *& §. ſeq.*
coram Reverend. Decano, *& in Peruſina bonorum* 30
Maii 1650. *§.* quo verò ad modicitatem in fine,
coram Reverendiſſimo Cerro, cujus particula
habetur impreſſa apud nos poſt *allegat.* 102. *li-*
br. 3.

Cui quemadmodùm mox ſubjungebamus con-
ſtitutio annuæ præſtationis aureorum centum
viginti quinque ſucceſſit cum diſtractione ſubſe-
cuta bonorum fideicommittentis in ſumma duca-
tonorum quatuor mille pro duabus tertiis parti-
bus decurſarum erga D. Co. Antonium Mariam
ex Marchionibus de Soranea, qui ampliſſimam
jurium, & anterioritatis ceſſionem obtinuit. Nec
hæſitandum quin in detractionibus præſtationes
annuæ, * non ſecùs ac cenſus à die impoſitionis 5
imputentur tanquam ejuſdem naturæ, Martin. *de*
ann. redit. cap. 7, *num.* 38, *& num.* 57. Rota a-
pud Cenc. *de cenſ. dec.* 3, *numer.* 16. Barbat. *de*
diviſ. fruct. part. 2, *cap.* 12, *numer.* 5. Gratian.
diſceptat. 811, *num.* 21, Surd. *deciſione* 204, *num.*
2, *&* 5, ubi Hodiern. *num.* 1, *verſ. verò pro eo-*
rum. Gail. *pract. obſervat.* 10, *num.* 1, *& per tot.*
lib. 2, Mynſing. *obſervat.* 69, *num.* 2, *&* 12, *cent.*
1. Caſtill. *de uſufruct. cap* 41, *ſub num.* 6, *verſ. ex*
quibus. Capyc. Galeott. *controv.* 33, *& num.* 7,
lib. 1, Guttierrez *pract. quæſt.* 146, *num.* 1, *&*
per tot. lib. 2. Gratian. *deciſ. March.* 20. *ſub num.*
6, *verſ. Secus autem*, idem Galeott. *controv.* 22,
num. 45, *lib.* 2. Andr. Cenſal. *deciſ. Lucen.* 55,
num. 7. Cyriac. *contr.* 219. *nu.* 2. *& ſeq. & contr.*
329, *num.* 39, *&* 40. Spad. *conſ.* 123, *num.* 5, ubi
Rota *n.* 9, *lib.* 2, Nig. *de Laud. quæſt.* 11, *n.* 17,
tom. 1. Thomaſ. *de tut. & curat. tit.* 19, *ſub num.*
3393. *ampliat.* 138, *fol.* 834. Buratt. *dec.* 474, *n.* 1,
Urſel. *concl.* 113, *nu.* 1, 8, 10, *& ſeq.* latè & pluri-
bus aliis congeſtis Merlin. *de pignor. & hypoth.*
lib. 2. *quæſt.* 44, *ex n.* 13, *ad* 45. Joan. Carol. An-
tonell. *de tempor. legal. lib.* 2, *cap.* 41. *n.* 2. Qui
omnes nullum prorſus conſtituunt diſcrimen in-
ter cenſus, & annuos reditus, ſeu præſtationes:
quemadmodum ergo cenſus à die conſtitutionis in
detractiones cedunt, ita quoque idem de annuis
præſtationibus dubio procul dicendum venit,
non tam reſpectu capitalis, quàm quoque quoad
decurſos, * quæ cum ſorte principali idem pri- 6
vilegium prælationis retinent ad excluſionem
eorum, qui poſtea contraxerunt ex cumulatis per
Salgad. *in Labyr. cred. part.* 2, *cap.* 27, *n.* 70. Andr.
Cenſal. *deciſ. Lucen.* 43, *n.* 65, *& dec.* 62, *n.* 21.
Hodiern. *controv.* 4, *n.* 4, *& ſeq.*

Eſto autem citra veritatis diſpendium, quod
prædicta omnia ceſſarent, quodve alienationes
translativæ dominii quantumvis poſteriores in
detractiones cederent, nullâ habitâ ratione præ-
cedentis conventionis annuæ præſtationis, non
ſecus ac ſi in ſimplici hypotheca verſaremur, ad-
huc tamen D. Comitiſſa, quæ de facto propria
auctori-